

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum virtus generalis? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

luntatis aliquis moderate utatur corporalibus membris.

Ad secundum dicendum, quod sicut August. dicit in 1. de Ciuit. Dei \*, Proposito animi permanente, per quod eriam corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori auctor sanctitatem violentia libidinis alienæ, quam seruat perseverantia continentia suæ. Et ibi- dem dicit \*, quod est virtus animi, quæ comitem habet fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quam malo consentire decreuit.

Ad tertium dicendum, quod sicut August. dicit in 4. contra Iulianum \*, Absit ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit iustus. Absit autem, ut sit iustus vere, nisi vi- uit ex fide. Et ideo concludit, quod in infidelibus ne- que est vere castitas, neque aliqua alia virtus: quia, scilicet non referuntur ad debitum finem. Et sicut ibidem subdit, non officijs, id est, actibus, sed finibus à vitijs discernuntur virtutes.

Ad quartum dicendum, quod castitas, in quantum est quidem secundum rationem operans, habet rationem virtutis; in quantum autem habet delegationem in suo actu, connumeratur inter fructus.

## ARTIC. II.

*Virum castitas sit virtus generalis?*

A D secundum sic proceditur. Videtur, quod casti- tas sit virtus generalis. Dicit enim August. in lib. de mendacio \*, quod castitas animi, est ordinatus animi motus, non subdens maiora minoribus. Sed hoc pertinet ad quamlibet virtutem. Ergo castitas est generalis virtus.

¶ 2 Præterea, Nomen castitatis à castigatione sumitur. Sed quilibet motus appetitiva partis debet ca- stigari à ratione. Cùm ergo per quamlibet virtutem, moralè refrænetur aliquis appetitivus motus, videtur quod qualibet virtus moralis sit castitas.

¶ 3 Præterea, Castitati fornicatio opponitur. Sed fornicatio videtur ad omne genus peccati perti- bere. Dicitur enim in Psal. 72. Petes omnes qui-for- nican-

li 1. c. 18.  
post med.  
tom. 5.

Eiusdem  
1. lib. c.  
18. to. 5.

li. 4. c. 3.  
aliquan-  
tulum à  
prin. to 7

t. 20. post  
me. to. 4.

729

*lib. 1. in  
fom S: ip.  
in fol. 2.  
ante m<sup>2</sup>.  
lib.*

nlicantur abs te. Ergo castitas est generalis virtus .  
S E D contra est , quod Macrob. \* ponit eam par-  
tem temperantiae .

R E S P O N D E O dicendum, quod nomen casti-  
tatis dupliciter accipitur . Uno modo propriè: & sic  
est quædam specialis virtus habens specialem mate-  
riam, scilicet concupiscentias delectabilium, quæ sunt  
in venereis . Alio modo nomen castitatis accipitur  
metaphorice . Sicut enim in corporis commissione  
conficit delectatio venereorum , circa quam propriè  
est castitas , & oppositum vitium , scilicet luxuria .  
ita etiam in quadam spirituali coniunctione mentis  
ad res aliquas, conficit quædam delectatio, circa quæ  
est quædam spiritualis castitas metaphorice dicta, vel  
etiam spiritualis fornicatio , similiter metaphorice  
dicta . Si enim mens hominis delectetur in spirituali  
coniunctione ad id , cui debet coniungi , scilicet ad  
Deum; & abstinet se ne delectabilitate alijs coniunga-  
tur contra debitum diuini ordinis: dicetur castitas spi-  
ritualis , secundum illud 2.ad Corin.11. Despondit  
vni viro virginem castam exhibere Christo . Si au-  
tem delectabilitate contra debitum diuini ordinis con-  
iungatur mens quibuscumque alijs rebus, dicetur for-  
nicatio spiritualis , secundum illud Hierem.3. Tu au-  
tem fornicata es cum amatoribus multis . Et hoc mo-  
do accipiendo castitatem , castitas est generalis vit-  
us: quia per quamlibet virtutem retrahitur mens hu-  
mana, ne rebus illicitis delectabiliter coniungatur .  
Principaliter tamen ratio huius castitatis conficit in  
charitate , & in alijs virtutibus theologicis , quibus  
mens hominis coniungitur Deo .

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa pro-  
*In corp.  
art.  
ar. pres.  
G. 142  
ar. 2.* dit de castitate metaphorice dicta \* .  
Ad secundum dicendum , quod sicut supra dictum  
est \*, concupiscentia delectabilis maximè assimilatur  
puero, eo quod appetitus delectabilis est nobis con-  
naturalis , & præcipue delectabilium secundum tu-  
rum, quæ ordinantur ad conseruationem nature . Et  
inde

in le est, quod si nutriantur horum delectabilium concupiscentias per hoc quod ei consentiatur, maximè augebitur: sicut puer, qui sua voluntati relinquitur. Et sic concupiscentia horum delectabilium maximè indigeret castigari. Et idem circa huiusmodi concupiscentias antonomasticè dicitur castitas: sicut & fortitudo est circa ea in quibus maximè indigemus animi firmitate.

Ad tertium dicendum, quod obiectio illa procedit de fornicatione spirituali metaphorice dicta, quæ opponitur castitati spirituali, ut dictum est \*.

## ARTIC. III.

*Vtrum castitas sit virtus distincta ab abstinentia?*

**A**d tertium sic proceditur. Videtur, quod castitas non sit virtus distincta ab abstinentia: quia circa materiam vnius generis sufficit una virtus. Sed vnius generis videntur esse quæ pertinent ad unum sensum. Cum ergo delectatio ciborum, circa quam est abstinentia; & delectatio venereorum, circa quam est castitas, pertineant ad tactum: videtur quod castitas non sit alia virtus ab abstinentia.

\* 2 Præterea, Philos. in 3. Ethic. \* omnia virtus intemperantiae assimilat puerilibus peccatis, quæ castigatione indigent. Sed castitas nominatur à castigatione vitiorum oppositorum. Ergo cum per abstinentiam quædam virtus intemperantiae cohabantur, videtur quod abstinentia sit castitas.

\* 3 Præterea, Delectationes aliorum sensuum pertinent ad temperantiam, in quantu ordinantur ad delectationes tactus, circa quas est temperantia. Sed delectationes ciborum, circa quas est abstinentia, ordinantur ad delectationes venereorum, circa quas est castitas. Vnde dicit Hierony. \* Venter & genitalia sibi metiphys vicina sunt, ut ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur vitiorum. Ergo abstinentia & castitas non sunt virtutes ab iniucem distinctæ.

SED contra est, quod Apost. 2. ad Cor. 6. connumeat castitatem ieiunijs, quæ ad abstinentiam pertinent.

*In corp.  
art.*

730

2. d. 24.

9.2. a. 1.

ad 3. Et

vir. 9.1.

a. 4. co. fr.

li. 3. c. vi  
tim. 10.5.

*Ad A-  
mädun,  
aliquan-  
tulum à  
princ. 10*

R E-